



# Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/313771>

THESES JURIDICAE INAUGURALES.



THESES  
JURIDICAE INAUGURALES,  
QUAS,  
ANNUENTE SUMMO NUMINE,  
EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI  
HENRICI EGBERTI VINKE,  
THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,  
NEC NON  
AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU  
ET  
NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,  
**Pro Gradu Doctoratus**  
SUMMISQUE IN  
JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS  
IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA  
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,  
ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT  
**JACOBUS BREDIUS,**  
**Woerdensis.**  
A. D. VIII. M. DECEMBRIS A. MDCCCLIV, HORA II.

---

**Trajecti ad Rhenum,**

APUD J. DE KRUIJFF.

MDCCCLIV.

# ALDUS MUSICA

ALDUS MUSICA  
SCHOLARUM ET STUDIORUM

---

TYPIS MANDAVERUNT

L. E. BOSCH ET FILIUS ET VIDUA P. MUNTEDAM ET FILIUS.

## THESES.

---

### I.

Non facio cum summo Cuiacio, observ. IV. 2  
eum, qui non permissu domini in alieno fundo  
venatus sit, nihil sibi acquirere.

### II.

Nulla antinomia inter L. 33 D. de jure dot. et  
L. 41 D. de re jud.

### III.

Rationem quare emtor conductorem expellere po-  
test, quam Cl. Höpfner proposuit: die Gesetzgeber  
glaubten es sei all zu beschwerlich für den Eigen-

thümer, wenn er die vermiethete Sache nicht verkaufen dürfte, und eine gute Gelegenheit sie an zu bringen fahren lassen müsse, non idoneam esse, contendō.

IV.

Usus minime definiendus est usus fructus ad necessitatem restrictus.

V.

In antiquo jure Romano patri familias licebat filium ex arbitrio occidere.

VI.

Matrimonium per procuratorem, venia a rege non impetrata, contractum ipso jure est nullum.

VII.

Mulier, intra trecentesimum post solutum matrimonium diem novas nuptias contrahere non potest etiamsi interim pepererit.

VIII.

Qui usumfructum habet fundi, eum non habet in insula juxta hunc fundum nata.

IX.

Usufructuarius, qui aedificavit in fundo fructuario, tollere potest quod aedificavit, usufructu finito.

X.

Heres, si propter dolum extranei hereditatem adiit, restitutionem in integrum impetrare potest.

XI.

Heredi fiduciario, qui administrationem habet et cui cautio remissa est, et si male re utatur, fructuum perceptio adimi tamen nequit.

XII.

Jusjurandum decisorium deferri potest conclusionibus utrimque jam propositis.

XIII.

Socius commenditarius, qui se miscuit rebus societatis, de debitis ante contractis non tenetur.

XIV.

In art. 316 C. M. al. ult. etiam casus recipiendus erat, si navis hic peregrino est vendita.

XV.

Vendor navis, qui in repertorio art. 319 C. M. indicato, quaedam credita omisit, stellionatum non committit.

XVI.

Assecuratio ab institore qualitate indicata, sine mandato exercitorum facta, non valet tamquam negotiorum gestio.

XVII.

Verificatio creditorum in decoctione non ideo impugnari potest, quod epistolae creditoribus missae non sunt.

XVIII.

Talio justum poenarum modum praebere nequit.

XIX.

Verbo : armes, in art. 101 C. P. lapides non continentur.

XX.

Art. 354 C. P. intelligendus est de minoribus 21 annis, non de minore aetate ex lege Batava.

XXI.

Coheres non tenetur furti rei hereditariae.

XXII.

Verba : voor de eerste maal, in art. 13 , 4<sup>o</sup> legis  
29 Junii 1854, improbanda sunt.

XXIII.

Re venatica lege bene ordinata, divitiae civitatis  
augentur.

XXIV.

Usurarum limitatio improbanda.

---

